

Tertia est earum, quæ habent *saporem amarum*, adeoque in suo concreto constant \ominus \oplus lo Tartareo. *Tales sunt* Carduus benedictus, fumaria, lupulus, vulneraria pleraque & similia. Subministrant ∇ & imprimis ex illarum succo elicitur \ominus *essentiale*, quod rectificatum super proprios cineres degenerat in perfectum \oplus , unde vis diuretica.

Quarta est earum, quæ saporem habent admodum *acrem & mordicantem*, quales sunt omnes species Thlaspi & omnia raphanacea, cepacea & antiscorbutica. Subministrant \ominus *volat. parum acre* \triangle *reum*, & tam fermentando, quàm cum ∇ elicitur \sim *vini acris*, melior tamen per fermentationem. Qui enim per ∇ destillatur, magis de ∇ quam \sim proprio possidet.

Quinta denique Classis eas continet plantas, quæ habent *odorem fortem & penetrantem*, saporem verò nunc amaricantem, nunc suavem, quales v. g. sunt Majorana, Rosmarinus & omnia aromatica. Vis earum latet in \ominus *vol.* \odot \odot . Subministrant aquas nonnihil spirituosas, olea destillata & fermentando \sim *ardentes*: Calcinando verò \ominus *ia alcalia fixa*.

II. *Vegetabilia* distinguuntur in FLORES sub *triplici Classe* contentos, quæ *prima* est eorum, qui sunt *inodori*, uti sunt flores Nymphetæ. Dant \rightarrow *blandum & succum exprimendum seu inspissandum*, & in iis latet *alcali & \ominus vol.* *blandum*. *Secunda eorum*, qui habent *odorem suavem, sed superficiale*, & facillimè evanescentem uti sunt Narcissi, Violæ, Jasminus & ex parte et-

iam Rosæ. Vis eorum est in parte *griali volatili*. Sal habent volatile, quod figitur, si oleum eorum paretur cum baccis been vel amygdalis. *Terna Classis* flores habent *odorem fortem penetrantem & aromaticum*, ut sunt flores rorismatini. Suppeditant aq. \sim *uofam*, oleum & spiritum. Vis fundata est in \ominus *vol.* & \odot .

III. Occurrunt SEMINA, quorum maxima vis est, & subdividuntur 1. *In ea*, quæ abundant *succo mucilaginoso aqueo*, qualia sunt sem. cydon. psyllii, lini &c. 2. *In ea*, quorum vis latet in \odot , *sed aquoso*, facili arte resolubili & expressibili v. g. sem. papav. &c. 3. *In ea*, quæ sunt *acria*, ut sem. sinapi, cochleariæ &c. quorum vis in \ominus *vol.* admodum acris, simul tamen oleoso consistit, unde tam fermentando quam cum spir. vini ex iis elicitur \sim *vol.* 4. *In ea*, quæ *odore suavi & sapore grato* sunt prædita v. g. semen anisi, fenniculi &c. quorum vis consistit in copioso oleo volatili seu \triangle , quod in recessu habet \ominus *volatile*.

IV. *Tantum LIGNA* se sistunt, quæ vim suam \ominus *acido volatili* debent. Proinde largiuntur spiritum acidum, qui in recessu habet \ominus *vol.* *cujus rei testimonium perhibet fuligo*, cum qua prodit \odot *forte sed fœtidum*. *Omnia tamen ligna* indimul dant \rightarrow .

Hæc erant *generalia de Vegetabilibus* præmittenda. Jam ad *specialiora*, nempe ipsas plantas progredimur, adeoque ad ductum *AUTHORIS NOSTRI* totum negotium certis *Classibus* includemus.

C L A S S I S I.

D E

ALTERANTIBUS PRIMARIIS, QUÆ SUNT PLANTÆ HARUMQUE MEMBRA, &c.

A B I E S.

Hæc duplex est, alba & rubra: differentia est in forma externa, & exilis, nec multum refert, si omninò negligatur. Abies hæc rubra vocatur etiam imprimis picea seu pinus, *der Sichtenbaum* / quæ non debet confundi cum propriè sic dicta pinu, *der Tanne*: Alio nomine hæc picea seu pinus vocatur arbor antiscorbutica, propter insignes & maximè stupendas virtutes, quas exserit pinus & etiam abies in cura *Scorbuti*. Veteres parum aut nihil sciverunt de virtute ejus antiscorbutica, sed superioribus tantùm annis illa innotuit, tunc temporis cum *VLADISLAUS*, Rex Poloniæ bellum contra Moscovitas gereret: tunc enim morbus talis Epidemicus in castris grassatus fuit, ut militibus quasi crura convellerentur & contraherentur, qui tamen morbus fuit curatus à D. *ERBENIO* Archiatro, *t. t. per decoctum summitatū* pini: Et simul deprehensum postmodum fuit, quod tales contracturæ sint *paralytes scorbutica*: Omnes tunc temporis milites cum decocto hoc feliciter fuerunt curati. Ab isto tempore *PICEA & PINUS* in usum antiscorbuticum fuerunt tractæ: nec sine causa: Nam in abiete *plura* latitant arcana: singulare in se habet balsamum, id quod testatur pinguedo, & vis qua viret perpetua fronde, ita ut asperitimas hyemis inclementias negligat.

Primarius usus est in Scorbutico, tantùm decoctum foliorum imprimis in Batavia. Loco sum-

mitatum etiam usurpantur *STROBILI* juniores, *die kleinen zarten Zapffgen* / tactu admodum resinosi ac viscosi & apparent adpersi quasi farina flava. Hi ipsi *strobili* juniores, si non præferendi saltem æquales sunt summitatibus pini, & in decocto quoque usurpari possunt contra scorbutum. Ex his strobilis junioribus per fermentationem artificialem elicitur spiritus, qui spiritus strobilorum seu spiritus pini habet odorem instar cumini: & cum hoc spiritu postmodum paratur *ESSENTIA* pini, quæ est egregium remedium antiscorbuticum: in specie in arthritide scorbutica vagâ, item in paralyti scorbutica, in *der reissenden sabrenden Scorbutischen Sicht*. Dresdæ prostat ∇ *pini* cum vino præparata, quæ est egregia, in *atrophia Scorbutica*, & aliis affectibus scorbuticis.

Ipsa abies singulare est *antipodagricum & antiarthriticum*: non tantummodo in arthritide fixa communi, sed specialissimè in arthritide scorbutica vaga. Reperitur interdum *V. SCUS* in abiete sed rarò: Hic est singulariter expertus in arthritide communi podagra, si pulverisatus à β , ad γ , singulo matutino tempore sumatur. *Pura* qui cupit de virtutibus antiscorbuticis abietis & pini, vid. *MÖLLENBROCK. tract. de arthritide vaga pag. 117.* Rarum est, quod habet *MAJOR* in deliciis hybernis momento secundo: nec apud ullum alium autorem simile, quid reperiri credo, quod nempe

nuclei